


MARIV



pp Sammelband
Ka



Tomus VIII

Contenta hujus voluminis

- (1) Disputatio Metaphysica de concursu causae primae cum causis rebus.
- (2) de sanguinis homicidio ex cadavere hominis occisi ad praesentiam homicidae.
- (3) Oratio de Tabaco ejusq; hodierno abusu Jacobi Tappii.
- (4) Disp. de Transformatione hominum in Bruta Jacobi Thomasi
- (5) - de Symbolis hoc dicitur ad C. C. C. C. C.
- (6) De determinatione causae instrumentalis et principalis, universalis et particularis.
- (7) De causa et causato in genere atq; causis aeternis in specie Henr. Wideburgii.
- (8) De natura, divisione, origine et progressu Philosophiae cum primis Aetice, it: variis Platonum Sectis
- (9) De Mandragora disput. Philologica Jacobi Thomasi
- (10) De Cingariis ejusd. auctoris.
- (11) Actus panegyrici impositae et mitrae Magisterialis et Laevae poeticae. it: oratio de proposita et impia libertate Philosophandi praesertim in religionis negotio, Johannis Conr. Durrii. it: programma Jacobi Thomasi ejusd. arguti.
- (12) Exercitationum duas: prior de notitijs naturalibus etc. posterior de Conscientia Andr. Sennerti.
- (13) Disp. Moralibus de quaest: Utrum in jure natura fieri possit dispensatio Just. Cellarii
- (14) De abusu circumlocutionis professionis Scribae Arcularii dissertatio.
- (15) Disp. de Prologis apud Gr. Brunnenmanni.
- (16) Disp. Philolog. de aenigmatibus Simsonis Kirchmaieri.
- (17) Dissertationes duae, altera de Ratione Statu altera de Nobilitate Wilh. Schroeters.
- (18) Disp. Juris publici de comitijs Electoralibus Rachelii.
- (19) Exercitationum variarum Juris publici Romano Germanici Tomynov.
- (20) Diatriba Judaeorum ex jure Caesareo et Pontificio concinnata Henr. Habnii.
- (21) Bernhardus Magnus ejusq; res gestae Disputatio propositae.
- (22) Disp. de auctoribus G. Werneri Icti.
- (23) Synopsis historiae universalis Christophori Helvici.
- (24) B. Haymonis Episc. Halberstad. Historiae ecclesiasticae lib. x.
- (25) Gervasii Tilberiensis de imperio Romano et Gothicis, Lombardis etc regni commentatio.
- (26) Epistolae aliquot Caroli IV imperatoris
- (27) Calendarium Januarii s. de votorum oblatione disput. Joh. Strauchi Icti.
- (28) Delineatio Juris naturalis Henr. Ammerbachii.
- (29) De radio reflexo variorum phaenomenorum causa
- (30) De Rebus publicis in Genere Herm. Conringii.


ty

po:
sonn


neriti.

umentatio.









15.

חידושי חמש
Sive

DISSERTATIO PHILOLOGICA

De

ÆNIGMATE

SIMSONIS,

Ex JUDIC. Cap. XIV. vers. 14. & 18.

Quam

SUPERIORUM INDULTU,

in

Celeberrima Wittebergensi Academia,

PRÆSIDE

DN. M. THEODORO

KICRHMAJERO,

Facultatis Philos. Adjuncto,

Publico φιλολογῶντων Examinis subjiçit

M. GEORGIUS FRIDERICUS Seufferheld/

Svevo-Halenfis.



15



WITTEBERGÆ, Literis Johannis Haken, 1673.



DISSERTATIO PHILOLOGICA

ENIGMATE

SIMSONIS

SUPERIORUM MINDULTU

DN. M. THEODORO
KIERHÄJERO

M. GEORGIIUS FRIDERICUS

WITTEBERGAE





I. N. J.
PRODRUMUS.



Inter honestas voluptates plurimas (a) quibus in conviviiis reficerentur animi Veterum, non minima est ænigmata (b) solvendi consuetudo, qualia vel is, qui hospites convivio excipiebat, vel omnes convivæ ventilationi unâ subjecerunt. (c) Nec minus laude quam utilitate carebat egregius iste ritus, quo multis atq; variis meditationibus editis, non tantum corpori sed & animo deliciae crearentur. Quod ipsum etiam *Simsonem* Principem ac scutum *Israëlitarum* divino oraculo prædestinatum, observasse legimus. *Judicum Cap. XIV. versu 14.* dum in nuptiis, quas cum Sponsa *Philisthaea* iniverat, triginta suis sociis *Anigma* proponeret solvendum. Quod in præsentibus cum solutione quatuor capitibus inclusum, quantum *Philologicum* admittet forum, proposui rimandum. *Aliter a. Samson Christi sus ceptis annuat feliciter!*

(a) Alii legebant *Scriptores*. Canebant alii *l. assa voce l. ad lymum*. Alii *Veterum facta Heroica Carminibus inclusa recitare juvabant*. de his *vid. l. 45. Casaub. animad. ad Athen. l. 10. c. 18.* Alii (ut ait *A. Gellius Noct. Att. l. 13. c. 11.*) disceptabant non super rebus anxiiis aut tortuosis, sed jucundas ac inevitabiles quæstiones, cum quasdam illecebras & voluptate utiles, ex quibus ingenium venustius fieret & amœnius, proponebant. Hinc *cæna Platonica; epula Socratica.*

(b) *vid. Dillher. diss. philolog. tom. 2 p. 414. Henr. Kippingius Antiq. Rom. c. 1. 3. Struckius conviv. Antiq. l. 3. c. 17. & 18. Ludov. Lavat. Comment. in Jud. c. 14. serm. 77.*

(c) *Conf. Scal. l. 3. Poet. c. 84. Nic. Reusner. anigmatogr. p. 79. Jacob. Masen. spec. verit. occulta l. 6. c. 9. §. 3. Nic. Serar. Com. in Jud. c. 14. q. 12. p. 422.*

quod significat *ensem, culerum, gladium*, quo aliquid absumitur s.
discinditur.

שָׁרַף] Syr. *Ḥ* mutato *Y* in *y*. Græc. ἐξῆλθε. Luth. Speis
se gieng vom Fresser. Lat. exivit, egressus fuit, processit, prodiit.
Cognitionem habet cum שָׁרַף avolavit & cum שָׁרַף extra. Dici-
tur (1) de loco ut Gen. 4. v. 8. & cap. 8. vers. 7. Esa. 30. vers. 22. (2) de
nativitate animalium s. egressu ex utero & processu in lucem, ut
Gen. 15. v. 4. 2. Sam. 7. v. 12. 2. Reg. 20. vers. 18. (3) de terra nascen-
tibus floribus, frugibus, ut Deut. 14. 22. Matth. 13. v. 30. (4) de So-
le & Stellis orientibus Gen. 19. vers. 23. &c. (5) de sermone, qui
profertur, spargitur & divulgatur. ut Esth. 1. v. 17. Gen. 24. v. 50.
Ps. 144. 21. (6) de corde & anima Gen. 42. &c. (7) de expensis 2.
Reg. 12. 11. (8) de bello Gen. 14. v. 8. &c. (9) de sorte 1. Sam. 14. v. 24.

יָצִיר] Septuag. ἐξ ἰξυρῶ. Tremell. ac Junius: *Et ab acri*. Propriè
significat robustum, fortem, firmum, validum. Hinc Lutherus
recte vertit; vom *Stareken*. Dicitur aliàs etiam de savo, qui
est inflexilis; sic enim adjectivum hoc usurpatur de irâ durâ ac
inflexili Gen. 49. 7. Item de Cananæis robustis Num. 13. 29. De gen-
te Barbarica personas non acceptante Deut. 28. 50. Atque hujus-
modi erant quoque hostes Davidis, non solum ratione animi du-
ri ac tyrannici, sed & ratione virium bellicarum. Valet etiam
de aquis copiosis Jes. 43. 16. Alibi fortis faciei habetur pro impu-
dente, frontis perfida. Ambrosius cum nonnullis codicibus
Græcis pro ἰξυρῶ legit τῶ ξυρῶ, ut sensus sit: *de tristi exivit dulce;*
Subdit: *Sed & forte laboriosum est, exit enim dulcedo de tristitia, vel*
labore (unde & Hebr. יָצִיר significat durum, acerbam) nam in tentatio-
nibus & laborioribus superatis, q̄s. in Leonibus interfestis, suavissimi
consolacionum, gaudiorum & pramiorum savi inveniuntur; paulò post
tamen dicit: quod tristis pro forti intelligatur; quia Leo fortis est fe-
ritate & qui ferus, tristis. Idem sentiant alii: Nobis lat clarus est
originalis textus.

מתוק] Chald. מתוק & מתוק, *dulcis, suavis, mitis* & substantivè,
dulce dulciarium. Hæc vox etiam usurpatur (1) de potu dulci.
Hinc hydromel & Germ. *Meth*. (2) de pomis; sunt nobis mitia,
A 3 poma,

poma, 3. Sic de aquis furtivis, Proverb. 9. vers. 17. 4. de somno post
defatigationem. 5. de consilio dulci. Hinc *Campensis*: *mutuo &*
suaviter secreta nostra communicavimus. Junius & Piscator: *dul-*
ce inibamus consilium. Luth. *Wir waren freundlich miteinander*
unter uns, 6. de Luce. *Geierus Com. in Joban. c. XI. v. 7.* Dulcis est
lux i. e. summè amœna ac delectabilis, quatenus omnes Dei crea-
turas, tam suaviter nostris oculis manifestat, quæ aliàs in tenebris
nec agnoscerentur, neque nos delectarent. De voce קִינּוּ no-
terur adhuc vocabulum gustus transferri hoc loco ad sensum vi-
sus. Nimir. promiscuè verba sensuum usurpantur ap. Ebræos,
ait R. *Aben Esra* allegans exemplum Gen. 27. v. 27. *Ecce odor fi-*
lij &c. & Exod. 20. vers. 18. vidit voces & tonitrua &c.

קִינּוּ] Chald. & Syr. נִינּוּ Arab. נִינּוּ quid. Aliàs reperitur
absq; maceph, & (:) sed insigni cum differentia. Nā observato-
re Erpenio, nostrum קִינּוּ ante קִינּוּ non-Kamezatas literas oc-
currit & quidem cum Tachik, in sequenti litera; ultimum קִינּוּ
ante eadem Kamezatas; medium קִינּוּ aliàs. Quod tamen suo
relinquimus loco; cum & hic statim diversum detur exemplum.
Cæterum radice caret, secus ac *Elias Hutterus* existimat, qui sibi
pro more suo tam in Bibliis maj. quam in *Cabo* radicem somniat
קִינּוּ Vid. *Pfeiff.* in introductione in Orient. dis. 5. quæst. 4.

דָּבָשׁ) Chald. דָּבָשׁ Syr. دَبَّاش idem habet Arabs. Lat.
Mel. De quo *Sæcra Scriptura* passim. *Æquivocè* etiam ita appella-
ntur dactyli, *Kimchius* in *Lexico*; etiam *Dactylos Debas* (i. e. mel)
vocarunt. Quomodo sumi volunt R. *Salome* & idem *Kimchius*
2. Paral. 35. ubi *Israëlitzæ* leguntur obtulisse primitias frumenti,
multi & olei דָּבָשׁ & *debas*, i. e. inquit, *Dactylorum*. Addit
Kimchius veteres ita sumere Deut. 8. 8. in quo loco promittit DE-
US, se eos introduiturum in terram frumenti hordei & vinear-
um & *debas* i. e. dactili. vid. *Bochart.* p. 2 l. 4. de apibus cap. 12. p.
518. Cæterum D præpositum ab initio, aliud in Orthographia,
aliud in Etymologia importat, cui Græcorum μ respondet. Hoc
modò radicale, modò servile est, idque iterum tam in principiis,
quàm clausulis vocum. De diversis significationibus quas habet,
hic nihil dicam; observamus tantum quod hujus loci est; np.
post

post adjectiva in nomine substantivo oecurrentia gradum compa-
 rativum efficit, ita ut dulce pro melle, Latino idem sit; dulcius
 melle. Utrum, ratione originis ab **מ** descendat, quod est
mater, cum sit figura tumida instar Ventris & juxta se habeat lite-
 ram **ש** ceu sobolem l. dimidiam suam partem, *Scherao* 3 aut a **מ** **ש**
 i.e. *macula*; quod talem in vola qs. manu referat, *Schindlero* aliisque
 id affirmantibus relinquitur.

מַרְרָא (מַרְרָא) Syr. **ל** **ר** **ל** Lat. Leo. à discerpendo. Sunt autem
 sex ap. Ebraeos Leonis nomina juxta gradus ætatis, quibus robur
 ejus augetur. (1) **ר** **ב** **י** Juvenis Leo. Jud. 14 s. Job. 4. 10. Ps. 58. 7. &c.
 (2) **ר** **א** **י** **ה** **ר** **א** Leo major & adultior. Nah. 2. 12. 2. Sam. 17. 10. (3)
ל **ר** **ש** Job. 4. 10. (4) **ש** **ה** **ש** Job. 28. 8. quæ duo mediæ ætatis sunt,
 ac per *Leo ferax* explicari possunt. (5) **א** **כ** **ו** **א** Leo immanis & an-
 nosus Job. 4. 11. Joeli. 6. (6) **ש** **י** **ל** Leo vetus Jes. 30. v. 6. Prov. 3. 30.
 Hæc sex à Talmudicis recensentur in Sanhedrin cap. 11. fol. 95. col.
 1. *Sam. Bochartus* part. 1. lib. 3. c. 1. p. 715. **ר** **ל** derivare vult à verbo
ר **ל** **ר** *raa* quod videre significat; ut nom. primò prodeat Leonem
 significans **ר** **ל** & **ר** **ל**; deinde per metathesin **ר** **ל** & **ר** **ל**.
 Sed quid metathesi opus est, si adesse potest ordinaria deductio?
 Nec potest demonstrare *Bochartus*, dihi primò **ר** **ל**, ex ulla auto-
 ritate. Communionem igitur sententiam amplectimur. De hisce
 conferantur *Itinerarium Barthol. Scherai* *Job. Frid. Nicolai Hodo-*
get. Orient. Harmonicum. Lex. Pentaglot. Schindleri. Job. Avenarii
Lex. Buxtorfi Praelection. Geieri in Ps. David. Bocharti Hieroz. Pfeiff.
in introduct. in Orient. &c. aliag. lexica &c.

CAPUT III. EXEGETICUM.

Simson fortissimus descendit in civitatem Thimnatha, vi-
 ditque ibi mulierem Philisthæam, quæ placuit oculis suis, quam
 postea etiam in matrimonium sibi sumxit, sed cum venisset ad vi-
 neas oppidi, apparuit ad vineas Leo sævus, & rugiens & occur-
 rit ei. Irruit autem Spiritus Domini in ipsum & dilaceravit Le-
 onem qs. hædum in frustra discerpens, nihil omninò habens in
 manu. Et post aliquot dies revertens, ut acciperet uxorem,
 declinavit, ut videret cadaver Leonis, & ecce examen apum
 in



in cadavere Leonis erat, ac favus mellis, quem cum sumfisset in manus, comedebat in via. Cum verò veterum mos esset ænigmata & gryphos similes convivis in convivio, promisso solventi præmio, proponere; Samson etiam suis triginta sodalibus ænigma ex occasione natum, ut intra septem dies convivii solverent, sponfione utrinque factâ proposuit tale:

מהאכל יצא מאכל ומעו יצא מתוק

Sensus ejus simplicissimus est; De Leonis corpore, qui alia animalia vorare solet, prodiit favus, qui est cibus suavissimus, ac de eodem Leone, qui animalium est fortissimus, egressum est mel dulcissimum. Ad ipsum Christum Leonem de tribu Juda accommodat S. Augustinus serm. 107. de temp. cum inquit: De edente exiit cibus & de forti egressa est dulcedo. Quid aliud significat, quàm Christum è mortuis resurgentem? de edente utiq; i. e. de morte, que cuncta devorat atq; consumit exiit cibus, ille qui dixit; Ego sum panis vivus, qui de cælo descendit, quem humana exacerbavit iniquitas, eiq; aceti & fellis amaritudinem propinavit, atq; ab eo plebs gentium vite dulcedinem conversa suscepit, ac si de mortui Leonis ore, i. e. de morte Christi, qui accubans dormivit ut Leo, apum, i. e. Christianorum præcesse examen. Tantum autem onus hõc ænigmate Simson irapofuit Philisthæis, ut id intra septiduum per se solvere nequivissent. Hinc ne sindones dare necessum haberent, dolo ac minis usi per uxorem cœperunt exquirere tandem qve etiam extorserunt solutionem hanc: Quid dulcius melle & quid fortius Leone? Seu quod perinde est: Quod tu in ore leonis voracis & fortis inventisti, est favus mellis, dulcissimus cibus. D. Ambros. ex Josepho addit, Simsonem tum illicò subjecisse; Quid muliere perfidiosus?

CAPVT IV. PROBLEMATICVM.

Questio I.

Vtrum Problema Simfonis revera Ænigma dici possit?

Quæ.

Quæstio utut facilis & perspicua videatur; non caret tamen
omni dubitandi ratione, cum multi sint, qui problema istud
proprie anigma dici posse pernegant. Unus omnium instar sit
Gerhardus Joh. Voslius: (a) Scribit inter alia: *Quanquam ut in-
genue quod res est dicam, si pressè sumamus anigmatis vocem; id quod
Samson proposuerat, anigma non erat, quia ignotum erat Philisthæis
leonem à Samsonè interemptum, aut mel exceptum esse è Leonis cada-
vere, ut quorum neutrum ulli mortalium atq; adeò ne Parentibus qui-
dem indicarat, ut cognoscere est è cap. ejus v, 7. 16. 17. Sed ne Philis-
thæis quidem Christi resurrectio nota erat, quam August. serm. 197.
de temp; hoc anigmate significare docet &c.* Anigmate autem pro-
prie rem notam significari; indicat quodq; Irenæus (b). Vir E. lauda-
tus existimat Problema Simsonis à Philisthæis propositum non
potuisse solvi, ac sic consequenter anigmatis nomen non me-
reri. Illud probat inde, quia 1. factum Simsonis Philisthæis
ignotum fuërit. 2. ejus typica significatio inferatur: ac proin-
de 3. res planè ignota in anigmate, contra tamen ejus naturam,
contineatur. Ast solvi potuisse à solis Philisthæis ac id propter
meritò anigma dici, nos facile monstrabimus. Concedimus
autem primò id anigma proprie non posse appellari, cujus solu-
tio sit impossibilis. Deinde & id damus, ad anigma strictè di-
ctum requiri, rem notam sub obscuris sententiis comprehendì.
Tandem nec negabimus, Simsonis factum Philisthæis planè i-
gnotum fuisse, ignotioremque ejus typicam significationem.
Verùm enim verò Autor hac in parte fallaciam à non causa ad
causam videtur commisisse, dū eas negandi rationes profert,
quæ planè ad essentiam anigmatis non spectant, sed anigmati
ut sic tantum accidant. Ut enim Philisthæi solvere potuissent
anigma, cognitio facti necessaria non erat. Hinc so-
lutio ipsa anigmatis saltem generalis est & nullam terminat
circumstantiam aut notam individualem. Dixerunt enim;
Quid dulcius est melle, quid fortius Leone? Hoc subindi-

B

can-

(a) Instit. Orat. l. 4. c. 11. p. 205.

(b) lib. 1. adversus hæres. c. 10.

cantes: Leo est ille comedens, e quo cibus exiit; mel est illa dulcedo, quam fortis Leo prabuit. Hoc enim nihil fortius, illo nihil dulcius est. Generalis solutio, uti generalis propositio. Adeo tacetur factum, ut ne factum esse dicatur, sed nudum enigma in suis solvatur causis. Atque hoc est, quod omnibus enigmatibus ex historia petitis convenit, quod se. historia ipsa tantummodo fons sit enigmatis, quae illi occasionem praebet. In solutione vero praescinditur ab ipsa historiae veritate, ac sufficit id fieri potuisse, quod factum esse historia prodidit. Is enim qui solvit, in rationes & causas tantum inquirat. Hinc fit, ut saepius enigmatis fons sit fabula, (c) veritatis nihil habens, quam in causis; id tamen in solutione minima obstat. Satis itaque nos demonstrasse putamus, ad enigmatis solutionem, si id ex eventu ortum fuerit, (d) non necesse esse historiam l. ipsum factum nosse, sed sufficere rationes & causas attingisse, ac proinde Philisthaeos enigma Simsonis solvere potuisse absque facti cognitione. Ex responsione nunc sequitur ultrò, minus necessariam fuisse cognitionem sensus typici, quem ita urget Vossius ad enigmatis solutionem. Nec cogitandum est, cum Simsoni, cum enigma proponeret in mentem venisse, multò minus igitur à Philisthaeis expeti poterat, ut investigaretur. Quid quod etiam allegorica significatio non tam ad enigma, quam historiam enigmatis ejusque occasionem referri debet. Unde notitia ejus Philisthaeos nil in solvendo adjuvisset, sed potius obstitisset, cum alium illa inferat sensum. Et nostram hanc sententiam confirmat B. Dn. D. Danbauerus cum inquit: *Acquisisset procul dubio Samson, si Philisthaei dixissent, intelligi hoc enigma- re, e Leonis cadavere natum mellis favum; quibus autem e a qua occasione Leo obiverit, id nec necessarium erat ad enigmatis rationem, nec Samson requirebat; multò minus typica ista significatio erat scire necessaria, cum illa ipsa sit incerta &c.*

(c) quales describunt Euripides, Sophocles, Seneca, Trag. Scatinus Harßdorffer im Schauplatz jämmerlicher Mordgeschichte hist. LXXII. & Martinus Zeilerus in theatro Tragico.

(d) plura recenset Achen. lib. 10. c. 22. p. 456. &c.

Quae

Questio II.

An Simson salvo jure Nasiræatus mel potuerit
edere ex cadavere Leonis?

Erant, ut ex Sacris notum, & vox ipsa infert, Nasiræi à communi vitæ genere segregati & à certis rebus prohibebantur. Debebant enim abstinere à potu *μεθύσμα*, à tonsura & cadaveris contactu. Jam de Simione constat certò quod Nasiræus fuerit, ab ipso Deo ad affligendos Philisthæos destinatus, & nihilominus tamen cadaver leoninum tetigerit & ex eo etiam comederit. Quærendum ergò meritò nunc erit, an id salvo Nasiræatus jure factum sit? Nos ut rem expediemus, distingvimus inter Nasiræos nativos & votivos. Priores duas leges observare ex divino jussu utriq̃ue tenebantur; sed tertiam voti-vi tantum. Hinc non mirum, quod occisum à se Simion contigit Leonem, quod exuvias casorum Philisthæorum ac a-fini mandibulam. Neque est quod regeras, impurum fuisse istud mel in impuro loco præparatum. Nam sicut aqua, quæ ex mandibula manavit, satis fuit pura, ita etiam cibus ex cadavere desumptus. Quicquid enim parat DEUS, non potest non purissimum esse.

Questio III.

Utrum Uxor Simsonis fornicata sit cum
Philisthæis?

Nonnulli per arationem intelligunt fornicationem Philisthæorum cum uxore Simsonis, utpote pariter Philisthæa; dicit enim Simson: *Si non araberis in vitula mea, non invenissetis propositionem meam.* Ubi vocabulum vitulæ videtur inferre, eam fuisse petulantem procaeam & lascivam. Verùm si respiciatur textus, nulla ibi fornicationis facta mentio est, sed potius minarum, quibus Philisthæi cœgerunt illam à Simione exquirere

B 4

tere

rere anigmatis solutionem. Ebr. U^{M} v. significat; non tan-
 tum arare, sed & machinari ac scrutari. Prior significatio ele-
 ganter hic posteriorem involvit. Nam sicut arando aperitur
 terra tecta; sic rimando aperitur & invenitur rei occultæ veri-
 tas. Sensus ergo est: nisi fraudulenter per uxorem meam ex-
 quivissetis solutionem mei anigmatis, illud vestro acumine non
 invenissetis. Uxorem autem vocat vitulam vel ob loquendi
 formulam proverbialem, vel ob juvenilem ejus levitatem, im-
 prudentiam, inconstantiam, quæ marito Simsoni hoc onus
 solvendi tringinta sindones imposuit, ac suos Philisthæos, licet
 non consanguineos, illi ante tulit. Decem mulierum formas
 (ait Serarius) depinxit olim Simonides. Alias enim dixit sues,
 alias vulpes, alias canes, quasdam verò terræ similes quasdam
 mari, nonnullas cineris asinoq; clitellario, mustelæ, jubato e-
 quo, simiæ, demum v. apibus etiam: hasq; unas, sicuti & *Pho-
 cylides*, laudavit. Simson verò noster innuit, quasdam etiam
 esse vitulas, quæ lascivæ, loquaces, infidæ, jugiq; impatientes,
 ac Domino conjugato suo molestæ sunt ac noxiæ.

Quæstio IV.

Virum apes cadaveri leonino insederint, ibi
 demq; mel confecerint?

Mundum animalculum esse apem, cum virorum Scientis-
 simorum testimonia, tum ipsa experientia comprobat. Scribit
 Aristoteles (f) $\tau\omega\ \rho\acute{\alpha}\varsigma\ \sigma\alpha\pi\alpha\ \delta\epsilon\ \delta\iota\omega\varsigma\ \kappa\alpha\theta\iota\zeta\epsilon\iota\ \kappa\alpha\iota\ \delta\epsilon\ \sigma\upsilon\phi\alpha\gamma\epsilon\iota$: Carni
 nullius animalis assidet, sc. apis) neq; obsonis inbiat. Et Plinius
 (g): Omnes carne vescuntur; contra quam apes, quæ nullum corpus
 attingunt. Quin si que moriatur in alveari, superstites cadaver effe-
 runt, ne tetrum odorem exhalet. Quo facit illud Virgilii:

(f) lib. 9. animal. c. 40.

(g) lib. 11. c. 21. & 13. de vespis & crabronibus.

- - enim corpora luce carentum
exporsant tectis, & tristia funera ducunt.

Idem etiam testatur Ælianus (h). Consentit Varro (i) *Nulla ha-*
rum, inquit, *leco affides inquinato aut eo qui malè oleat; non ut mu-*
si a liguriunt, quòd nemo has videt (ut illas) in carne aut sanguine
aut adipe. Verùm concessa hac munditia, aliquot tamen ex-
empla in contrariam prostant. Refert Herodotus (k) quòd
postquam Onesili caput Amathasii, quia ipsos obsederat, am-
putatum, & Amathurtem delatum, supra portas suspenderunt,
illud, examen apum ingressum favis impleverit. Et in sepul-
chro *Isocratis* (si Sorano credimus in ejus vita) μέχρη πολλῆ
σμήνην ἢ ἄργαζόντων μέλι, *mellificantium apum diu fuit.* Simile
est, quod apud Aldrovandum (l) legitur, apes Verona in æde S.
crucis in sepulchro Sororum Cl. Jurisperiti Bartholomæi Vita-
lis, quarum una occubuerat Anno 1558. altera anno 1562. inter u-
trumq; cadaver mellis favos copiosè confecisse, donec anno
1566. Sepulchrum fulmine apertum, absq; ulla l. cadaverum l.
favorum latione, favos ipsos, atq; apes numerosissimè mellifi-
cantes, coram omnibus exhibuerit. Addit Martinus Zeilerus
(m) se examen etiam apum olim Pomeraniæ è camino, in quo
per tres annos colligebânt, ablatum audivisse. Et licet intra
hoc spatium fumum illum per caminum ascendisse concedi
possit, absq; tamen dubio odorem priscum is servaverat, quo
aliàs apes abigi vel ex proverbio constat; Hæc si vera sunt,
quid mirum, quod apes in loco amœno cadaveri leonino inse-
derint, ibidemq; confecerint favos? Præcipuum verò est, quod
ex singulari DEI ordinatione id factum sit. Ut non in-
congruè dicat *Cornelius à Lapide*, quod Deus ipse Simsoni pa-
raverit cibum favi & mellis in leone mortuò ac potum in ma-

B 3

ma-

(h) Hist. l. 5. c. 49.

le de ape. c. 28. & Didymus Geop. l. 15.

(k) l. 5. c. L. 14.

(m) epist. 85. c. 1. ur.

(i) lib. rusticor. 3. c. 16. conf. Pbio

(l) lib. 1. de insectis.

(n) Hieroz. p. 2. l. 4. p. 509.

Maxilla Asini pariter mortui. Sam. Bochartus (n) tradit cada-
 ver Leonis tantum fuisse *ὄναλον ἄσινον*, corpus exsiccatum ac areo-
 factum, in quo nihil supererat præter compagem ossium. Fun-
 damentum quo hanc conjecturam stabilic, valde lubricum est,
 sc. putat integrum annum effluxisse, inter ea tempora, quibus
 Leonem interemit, ac post revisit. Ex voce *למחרת* post dies,
 firmiter hoc probari non potest; quandoquidem ea non sem-
 per, ac ne quidem in omnibus adductis locis annum totum
 denotet. Nec probabile (o) est Simsonem post sponsalia per
 totum annum sponsam suam nunquam revisisse. Sed ex uno er-
 rore incidit in alium. Inquit porro: *Simson quem occiderat, reli-
 quit in agra jacentem, & reversus est post dies, ut duceret Delilam,
 & secessit ut videret cadaver &c.* Sed Delila non fuit. Textus lo-
 quitur de ea, quam in Thimnath duxit. Ast Delilam nunquam
 duxit, sed cum illa saltem convivit, & longè quidem post ut c.
 26. legitur. Fuit igitur non uxor sed ejus concubina, quam Jo-
 sephus (p) vocat meretricem, quod debilitaverit & infirmave-
 rit tum aliorum tum Simsonis vires atq; robur. Unde motus
 Ambrosius; (q) *Simson inquit, validus & fortis Leonem suffocavit,
 sed amorem suum suffocare non potuit, vincula solvit hostium; sed su-
 arum non solvit nexus cupiditatum. Messis incendit alienas, &
 annus ipse meretricio accensus igniculo, messem suam virtutis amisit.*

Quæstio V.

Quid Fortius Leone sit?

R. Non ex quantitate de Fortitudine judicandum. Alias
 Leonem vinceret Camelus. Qualitas animæ potius ac corpo-
 ris hic spectanda est. Leo animalium est generosissimus, ex-
 celsissimique animi, qui non frangitur periculis. Imperterri-
 bus invadit homines & integra armenta & prædam in proximâ
 sylvam

(o) vid. Nic. Serarius l. 2. g. 10^o

(p) epist. 70.

(q) Apol. 2. David c. 3. conf. S. Hieron. ep. 26. ad Evagr. Serarius
 & alii &c.

sylvam catulis defert: Pro his acerrimè pugnat, tela & lapides
 asperratur, vulnere etiam lethali saucius, nec illorum prius tu-
 telam, quam vitam relinquit. Ad venationem solus exit, non
 sociatus mas cum foemina, nec hac cum illo, ob animi magni-
 tudinem, tanquam alterius auxilii non indigens. A venato-
 ribus cum peritur, *inquit B. Sperlingius*, neque fugit neque oc-
 culcat sese. Gradatim incedit, & caudâ pedum vestigia tegit,
 ne amare videatur periculum. Si vulneratur, recta in venato-
 rem irruit, eumque prosternit, sociis dimissis. Cum telum a-
 vertitur, non prosternit Jaculatorem, sed leviter caudâ percus-
 tit ac terret. Imitatur Reges. Sævus est & mansuetus, novit be-
 nè suum robur & ferrum frangit, cum objicitur, debiles non læ-
 dit sed tractat amicè. Sævit in feroces, quos aperto Marte ag-
 greditur. Ast veniam dat miseris & supplicibus. Hinc merito
 ipsi principatum cedunt reliquæ animantes, & ut Regem re-
 verentur. Vix enim auditu ejus rugitu figunt gradum sibi que-
 riment. Esto verò fortissimus Leo, fortior tamen sine dubio di-
 cendus is, fortissimum qui vincit. Simsoni tendenti Thimnat,
 cum Leo ingens occurrisset, eum sine gladio, sine fuste, nudus
 ac inermis invalit, & sola manu laceravit. Nonnulli legunt
σωβηται per contrivit. Sed Complutenses rectius *διέσπασεν* di-
 laceravit. Quanquam Josephus (r) non tam laceratum quam
 suffocatum credat animal, & consentientem habeat Ambrosium
 (s) eò ferè modo, quo Hercules Leonem interfecisse dicitur a-
 pud Sophoclem (t). Ne autem putes fuisse actum merè huma-
 num, textus addit, Spiritum Domini venisse super ipsum, vi cu-
 jus Leonem ceu hœdum laceravit, ut ostenderet, se plusquam
 leonino robore & animositate in Philistæos ruiturum.

Questio VI.

Quid dulcius sit melle?

B. Mel

(r) *antiquit. l. 5. c. 10.*

(s) *epist. 24.*

(t) *in trœd. in vers. 1096. Cic. l. 2. Tusc. quest. Ovid. l. 9. met. Seneca in Her-
 cule V. de quo in sect. 4.*



Mel ab apibus conficitur tempore verno & æstivo, & quidem maximè ex plantis certis. Quem enim hi liquorem suscipiunt è terrâ & per suam substantiam diffundunt, elaborant ac perficiunt, illâq; extrahunt, ac colligunt. Prout autem plantæ & qualitas earum comparata est, comparatum etiam oportet esse mel. Ericæ floribus apes dum utuntur, minimè id efficitur probatum. Cui v. aliis ac dulcibus, dulce quoq; probum ac salubre eliciunt. Quicquid autem de dulcissimo sit melle, longè tamen dulcius est Saccharum. Ut quis facile mirari possit, cur Convivæ Simsonis quasi verint, quid dulcius sit melle? Quanquam non injuria hi excusandi quod tum temporis Sacchari, conficiendi ars ex suis cannis nondum innotuerit, usitatisima hoc ævo, sed inventa demum post tempora Galeni sit.



WITTEBERGÆ,
EX TYPOGRAPHEO HAKIANO,
A. O. R. MDC LXXIII.

99 A 6993 (1)

ULB Halle
002 826 593

3





Sb.

V 17

Retro ✓







15.

שם ה'תק"ל
Sive

DISSERTATIO PHILOLOGICA

De

ÆNIGMATE

SIMSONIS,

EX JUDIC. Cap. XIV. vers. 14. & 18.

Quam

SUPERIORUM INDULTU,

in

Celeberrima Wittebergensi Academia,

PRÆSIDE

DN. M. THEODORO KICRHMAJERO,

Facultatis Philos. Adjuncto,

Publico φιλολογῶντων Examine subicit

M. GEORGIUS FRIDERICUS Geufferheld/
Svevo-Halensis.



15

WITTEBERGÆ, Literis Johannis Haken, 1673.

